

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm**

**Calepino, Ambrogio**

**Basileae, 1616**

T ante R

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)



Inter Meandru & Caystrum fluvios sita à Plinio & Ptolemæo Caria, à Strabone Ionica, à Stephano Lydia annumerata: aliis nominibus Euanthia, Seleucia, & Antiochia appellata. & Sic & altera Tralliate, ad ipsam Meandri transitum sita, medio fere itinere, inter superiores, & Magnesium: de quibus vide Strabonem lib. 14.

Trallianus, a. um, adject. *trallianus*: sicut à Sardibus, Sardinus. Trānsalpīnūs, a. um, Quod est trans Alpes situm. [Cic. *De Off. 2. c. 11. Qui est illa in Alpibus, de laet. monti. Ital. De la dalle Alpe. Ger. Jenseit dem Rhyggebirgen. Hist. Alinde las Alpes.] Vide Galliam Cisalpinam Romani Transalpinam vocant: quæ diducitas in Belgicam, Celticam, Lugdunensem & Brachata, sive Naubonensem. Contra Cisalpinam Galliam eam vocabant, quæ ab Alpium radicibus extenditur usque ad Rubiconem, antiquum Italiae litem. [Ger. Das Galtia jenseit dem Rhyggebirgen.] Cic. Papyrius Pato: Nunc verò etiam Brachatis, & Transalpinis nominibus, ex. Idem 2. Off. Portati in triumpho Massilia videmus, & ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam nostri Imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt.*

Trapeza, *trapeza*, Vibs Arcadiæ prope Tricolon, civis Trapezianus. Stephan.

Traphe, Vibs juxta Pontum, inde Trapheus, Stephan.

Trapezus, *trapezus*, Vulgò *Trapezunda*, Civitas libera ad Pontum Euxinum in Cappadocia finibus, vasto monte clausa, ut est autor Plin. lib. 6. cap. 4. Ex hac urbe ortu habuit Georgius Trapezuntius, Latinarum, Græcarumque literarum peritissimus: sed ingravescente ætate in omni memoria delitatus, ut utriusque linguæ peritus oblivisceretur.

Trasymenus, Vide THRASIMENVS.

Trachenis, *trachenis*, populi juxta Pontum, Sundis finitimi, Stephan.

Trasili, *trasili*, Populi quos Græci *Agathysis* nominant, videlicet *trasili*, Stephan.

Trebatius, iurisconsultus, Ciceronis familiaris, epistolis ejus nominatus.

Trebia, *trebia*, Ger. *En sus Alpes tauff auf dem Berg Apennino nahe bey Placanz an in die Pa.* Fluvius est prope Placentiam in Gallia Cisalpina, ex Apennino monte in Padum fluens. Iuxta hunc Annibal Romanos, L. Sempronio duce maxima clade affect. Lucan. lib. 2. - quod non in Panica nati Tempora Cannarum fuimus, Trebiaque juventus.

Trebitus, Umbriae populi in quarta Italiae regione: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14. Idem & Trebani dicitur. Suet. in Tib. iterum eo censente, ut Trebani legatum in opus novi theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit.

Trebonius, Vnus ex percussoribus Cæsaris: qui quum se in Asiam recepisset, Socrum à Dolabella oppressus est, & crudelissimè excarnificatus.

Trebuli, *trebuli*, Oppidum fuit in Sabinis, cujus incolæ dicti sunt Trebulani: quos Plinius collocat in quarta Italiae regione. Apud hos præstantissimi fiebant casei, qui Trebulani dicti sunt. De quibus Mart. Trebula nos genuit, commendat gratia duplex, sive levi flamma, sive domamur aqua.

Treca, carum, Vibs nobilis & potens in Capania Gallicana.

Trechus, Hom. Iliad. 5. Vir Aetolus, bellator egregius, à Marte in bello interemptus.

Tremile, *tremile*, Lycia vocabatur, incola Tremileis, à Tremilo, qui ex Praxidice Nympha filios suscepit, Timoum, Xanthum, Pinaxum & Cragum.

Tremithus, *tremithus*, Vicus in Cypro: incolæ Tremithusii & Tremipolitæ.

Tretus, *tretus*, Regiuncula Thraciæ: & Tretes Thraciæ Populi, Callim. *epigram. dixit. Theopompus Thracis*, Stephan.

Trevit, *trevit*, Ptolemæo, Populi Galli: inter Belgas ad Mosellam fluvium, & Leucis & Mediomancibus finitimi: vetusti sunt, nomenque retinentes, nec pristinae cedentes famæ: apud quos insignis olim cognoscendarum causarum, popul. Romani cura, Trevitorum cognominata. Cujus in Floriano meminit Vopiscus. Lucan. lib. 1. Tu quoque lætatus converti prælia Trevis. [Ger. Du Treiter.]

Triballi, *triballi*, Populi sunt inferioris Moesiæ, inter Hamum montem, & Danubium fluvium sicut est autor Ptolem. libro 3. capite 5.

Triboci, [Ger. Du Effter.] Gallia Belgicæ populi inter Rhenum & Vogelsum montem incolentes, non procul à Rauracis, quem tractum hodie incolunt Alsatii.

Tricca, aut potius Tricca per duplex c. *tricca* Stephano, Vibs Thessaliæ, non procul à sinu Pegasus, id nominis fortuta à Tricca Penei filia. & Fuit & Tricca alia in Apulia Dauniorum, quæ cum Apina vicinis oppido tanta Diomedes ignominia evertit, ut in proverbii ludibrium trāsierit. Quoties enim rem fulem ac negotiorum ostendere volumus, Tricæ & Apinæ nominamus. Vide in dictione APINA.

Tricolon, *tricolon* vel *tricolon*, Vibs Siccorum, *tricolon*. Gentile Tricolonus, Steph.

Tricaria, *tricaria*, Castellum Phliaz: Gentile Tricarius & Tricolonus, ambo de eadem regione.

Tricoloni, *tricoloni*, Vibs Arcadiæ à Tricono filio Lycaonis. Gentile Tricolonus, Steph.

Trichon, *trichon*, Ephesus olim dicta, Vide ex Stephano.

Trichonion, *trichonion*, Vibs Aetoliæ. Vide Trichonichus, Trichonites Steph.

Tricongius, *tricongius*, Cognomen Novelli Torquati Mediolanensis, qui gestis honoribus à Prætura ad Proconsulatum usque pervenerat. His tribus congis epotis, spectante miraculigrans Tiberio principe, præclarum cognomen sibi vindicavit. Vide Plin. lib. 14. cap. 22.

Tricorynthon, *tricorynthon*, vel *tricyon*, Vibs in Acantide Tribu. Inde Tricorythius, Steph. Apud eundem in Terapoli, Tricorython legitur, sine n. posit.

Tridentum, *tridentum*, [Vulgò *Trento*. Ger. *Die Sten Trident*.] Rhetice oppidum, ad Athelium fluvium: in Alpium angustis situm: à quo Tridentini, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 19.

Trieres, *trieres*, Vibs Syriæ. Significat etiam Tritemem. Civis Trierites. Steph. Item *trieres* apud eundem gens quædam dicta est à Triero Ombriarum & Thracis filio.

Trieretica, Erant Bacchi sacra: quæ quâ tertio quoque anno sumptuosiora quotidianis Orgiis agitabantur, Trieretica dicta sunt. Ovid. lib. 9. Metam.

Trifinium, aut Siculus Placcus, dicebatur locus, in quem tres possessores attingebat, quo in loco omnes tres sacrum faciebant: si termini ponebantur.

Trifolinum, Campaniæ oppidum fuit, à quo ager Trifolinus dictus est, vini non procius ignobilis ferax. Juvenal. Sat. 8. Te Trifolinus ager fecundis vitibus implet. Et Trifolina vitis, Martial. lib. 13. Non sum de primo, farcor, Trifolina Lyxo: Inter vina tamen septima vitis ero.

Trigarium, *trigarium*, Locus juxta campum Martium, ubi trigarum curule certamē fiebat. Plin. lib. ult. cap. 13. Ne equos equidem in trigarum præferri ullos vernaculis animadverto.

Trigeminus, Porta Romæ dicebatur, per quam trigemini fratres Horati exierunt. Livius: Minutius extra portam trigeminam bove aurato donatus est.

Trinacria, *trinacria*, Ger. *Die Insel Sicilien* bat hiesem nactem von dem Berg Vergiberg. Insula est maris Tyrrheni, angustissimo freto à Italia dirempta, cū qua olim creditur cohaesisse: unde Sicilia dicta voluit à sicilien do: hoc est, ab insula. Eadem quoque à triangulari figura dicta est Triquetra. Trinacria aut à tribus promontoriis, Pachyno scilicet, Leptoro, & Peloro. Græci enim *trina* summitates vocant, vel promontoria. Virgil. 3. Aeneid. sic denique victor Trinacria fines Italos mittere relicta. Et paulo post: intremere omnem Marmure Trinacriam.

Trinacria, *trinacria*, Patronymicum femininum. Ovid. 2. Faestorum: Terra tribus scopulis vastum procurrit in æquor, Trinacria à postu nomen à septa loci.

Trinacria, a. um possessivum, *trinacria*, Siculus. Virg. 3. Aeneid. Præstat Trinacria metas lustrare Pachyni. Juvenal. Trinacria, Idem 3. Aeneid.

Trinacria, *trinacria*, Locus Phrygiæ: Gentile Trinacria, Steph. Trinobantes, Populi in Orientali tractu Britanniæ ad Tamisum fluvium, sive æstuarium. Ptolemæo lib. 2. cap. 3.

Triocala, sive Triocla, *triocla* Ptolemæo, Oppidum Siciliae mediterraneum post Messaniam, teste Ptol. lib. 3. cap. 4.

Triocalini populi, à Phasio commemorantur lib. 3. cap. 4.

Triopas, *triopas*, Thessalorum rex fuit, pater Meropis: à cujus nomine Cūs insula olim Meropis, ipsaque insulani Meropes sunt appellati. Auroi Steph.

Triopis, *triopis*, à *triopis* Stephano, Caria oppidum, ad fines Doridis situm: ita dictum à Triopa Eriochæonis patre. Vide Steph. & Plin. lib. 5. cap. 23.

Triozenus, Thracis fuit, Vnus ex his qui venerant in auxilium Trojanorum, ut ostendit Hom. Iliad. 2.

Triphylia, *triphylia*, Eadem quæ Elis. Dicuntur autē Triphylia, quod ex tribus numero tribubus collecti sint: vel à tribus portis: vel à Triphyle matre Clithiæ. Incola Triphylus, femininum, Triphylia Steph.

Tripodiscus, vel Tripodisci, vel Tripodisce, Vicus aut civitas Megadisa. Hinc Tripodiscus, Steph.

Tripolis, *tripolis*, pen. corr. *triphylia*, Tractus est Phœnicæ, tres urbes continens, Tyrum, Sidonem & Aradum, à quarum numero & nomen accepit. Autor Plin. lib. 3. cap. 20.

Triptolemus, *triptolemus*, Ceres Eleusinis regis filius, qui primus in Græcia agriculturæ rationem creditur invenisse. Eleusina (inquit Servius) civitas est Atticæ provinciar, non longè ab Athenis, in qua quum regnaret Cereus, & Ceres filiam quæ-

scutim,

rentem, liberalissimè hospitio suscepisset, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturæ. filium etiam ejus Triptoleum secens natum, per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrit: & cum alatis serpētibus superpositū, per totū orbē misit ad usum frumentorū hominibus indicandū.

**Triquetra**, pen. natura correpta, quamvis propter mutam & liquidam subsequenter aliquando producat, in fūla maris & Tynhēni, olim Italix annexa, quæ notiore nomine *Sicilia* dicitur. [Ger. Die dreystetische Insel Sicilien.] Triquetra dicta à trianguli figura, *triangulum, triangulus*. Plin. lib. 3. cap. 8. Anticit omnes claritate Sicilia, Sicania à Thucydide dicta, Trinacria à pluribus, & Triquetra à Trianguli specie.

**Trismegistus**, [Ger. Der grof Mercurius se vor 1499 im in Ägypten ein herunder Philosophus / Priester und auch König gewesen ist.] Latinis ter maximum sonat. Quo cognomine dictus est Mercurius, superioris Mercurii nepos: quem fabulantur fuisse filium Nili. Hunc tamen secundum asserunt occidisse Argum, Aegyptiisq; præfuisse, & leges, literasq; tradidisse: sed literarū characteres, animalis, arborumq; figuras habuisse. Hic cōdidit urbem quam à se Hermopolin nominavit. Dicitur etiam Trismegistus, quod & Philosophus maximus, & sacerdos maximus, & maximus deniq; rex fuerit. Consecraverunt enim Aegyptii ex omni philosophorū numero sacerdotes acruisus ex sacerdotibus regem eligere. Hic autem ut philosophus sapientia sua religionē sacerdotum excelluit, ac mox in imperio administrādo superiores omnes reges superavit. Primus à physicis ad divinorum speculationē se crexit. Primus de majestate Dei, de dæmonum ordine, animarumq; mutationibus sapientissimè disputavit. Scripsit multa volumina, quibus arcana mysteria & oracula panduntur. Non enim ut philosophus tantum, sed ut propheta futura sepe prædicit. Hæc ex Diodoro Siculo.

**Trisplax**, *trispalax*, Populi Thracix, Steph.

**Tritæa**, *triteia*, Vrbs Achæix, civis Tritæus.

**Tritea**, *tritea*, Vrbs citra Herculis columnas, Steph.

**Tritea**, *tritea*, Vrbs Troica ab Anisbæis cōdita. Civis Tritæus. Est & alia inter Phocidem & Locros Ozolas. Tritæa vero per duplex, in Achæia est, Steph.

**Tritæus**, pen. prod. [Ger. Ein starker und weisheitlicher Held.] Nomen est fortissimi gladiatoris, qui in castris Cn. Pompeii militans cum hoste se provocante inermi dextera congressus, pugno cum humi prostravit, captumq; uno digito in castra imperatoris sui reportavit.

**Tritees**, Populi fuerunt Archivorum, autore Herod. lib. 1.

**Tritium** metallum, Hispanix Vrbs, Ptolem. lib. 2. cap. 6. hodie *Tritium*.

**Triton**, onis, pen. prod. [Ger. Ein Gott des Meeres, und ein Sohn Neptuni.] Deus marinus, Neptuni & Salacix marinx nymphæ filius, quem Poëtae fingunt Neptuni tubicinem esse. Ovid. 2. Metam. Cæruleos habet unda deos, Tritona canorum, Proteaq; ambiguum. Est præterea Triton, Africæ fluvius ex Tritonide palude erumpens: à cuius nomine Pallas Tritonia, & Tritonia est appellata, quod circa hunc fluvium, vel lacum primum apparuerit. Hujus fluvii meminit Plinius libro 5. capite 4. *triton*.

**Tritonia**, [Ger. Ein Janam Minerva.] Dicta est Minerva, quod temporibus Ogygis regis ad lacum Tritonidem, ex quo Triton fluvius erupit, virginis habitu apparuerit. Vbi ait Herodorus virginis annis singulis inter se pugnare lapidibus & fustibus in venerationem Palladis. Diodorus scribit dictam Tritoniam à Tritone Cretæ fluvio.

**Tritonice**, Pons Vrbs, eadem Tomos appellata, de qua ante diximus.

**Tritonus**, *tritonis*, Oppidum Macedonix. Gentil. Tritonius, Stephan.

**Trivis**, Dicta est Diana, quod in trivis ponebatur in oppidis Græcis cum corona quænea & draconum voluminibus, propter quod tres facies habere fingebatur. *trivis*. Virg. 4. Aen. tria virginis ora Dianæ. Ovid. 1. Fast. Ora vides Hecates, in tres vergentia partes: Servet ut in ternas compita secunda vias. Idem 3. de Pont. eleg. 2: Protonis immitem Trivix ducuntur ad arā, Evincti geminas ad sua terga manus. Virg. 6. Aen. atq; unā Phœbi Trivixq; sacerdos.

**Triumphalis porta**, Roma dicta est, quod per eam triūphi agerentur: hoc est triumphantes victores in urbē deducerentur. *triumphalis porta*. Hæc alio nomine Capena porta appellatur, & Appia, quod ad viam Appiam sita sit. Hodie *D. Seb. stiani porta* dicitur.

**Trizis**, *trizis*, Populi juxta lītrum Meridicem versus, Steph.

**Troas**, hujus Troadis, pen. corr. *troas*, Regio est Asiæ minoris, quam Ptolemæus minorem Phrygiam appellat, Helleponto adjacent. Hanc Homer. ab Aesapo fluvio usq; ad Caici fluminis ostia produxit. Plinius tamen, cæteri q; recentiores Lecto promontorio eam ab Aeolide dividunt. In ea fuit Ilium, *troas*,

**Troas**, mille quingentis passibus à portu dista, Homeri & Virgiliti carminibus nobilissimum. Est præterea Troas, peronymicū femininū formatū à masculino Troas Trois. Virg. 5. Aen. At procul in solo secreta Troades astra Anchisæ stetit. Troades, *troades* hoc est, mulieres Trojanæ.

**Troceni**, *troeni*, Galliæ populi, qui Mæoniæ, Paphlagoniaq; parte occupata, Tavium Galatiæ oppidum considerunt. Ant. Plin. lib. 6. cap. 12.

**Troctes**, *troctes*, Phœnicis cujusdam nomen, hominis subdoli, in quem Ulysses apud Eumæum subalcum fingit se in Aegypto incidisse, ejusq; susu inductum, se in Phœnicem cōtulisse. ibiq; annum cum eo integrum egisse: eoq; exacto navim rursus concedidisse eodem Troctæ in alore, qui aliam quidem causam prætexebat: revera aut hoc agebat, ut in Africa ipsū vendicaret. Vtū subito exorta tempestate, naviq; fracta, Troctæ cum suis omnibus interiisse: fise verò arrepto navis malo, novem perpetuos dies undarum arbitrio iactatum, decimo tandem die in Thesprotiorum littora fuisse ejectionem. Vide Homer. Odyll. lib. 11.

**Trocten**, enis, cum ce diphthongo in priore syllaba, *trocten*, Oppidum Peloponnesi in sinu Argolico, à Troctene conditū filio Pelopis. In hoc regnavit Pittheus Aethiæ pater, & avus maternus Theseus: unde & Pittheia Trocten ab Ovidio cognominatur. Est & Trocten altera Carix, in conventu Alabandorum: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 29.

**Trocten**, *trocten*, a, um, *trocten*: ut, Trocten carbunculi, apud eundem Plin. lib. 37. cap. 7.

**Troctenis**, populi, fide societatis Atticæ illustres, utinquit Pompon. Mela, in ipso Chersoneso siti, ad quos recto cursu ex Pitxo commo distima navigatio est. De his lege Plutarch. in Themistoclia vita.

**Trogilus**, *trogilus*, Vrbs in Sicilia & Regio Macedonix. Gentil. Trogilius. Est et Trogilia Mycales, quæ Trogiloo quoq; vocatur, Steph.

**Trogodytæ**, [Ger. Die Trogodyten.] Trogodytæ, *trogodytæ*, se von grofser hitz wegen nur in h̄ittem wasser. Populi Aethiopiæ sub Aegypto, in sinu Arabiæ & maris rubri vergentes: *trogodytæ*, hoc est, à specubus, in quibus habitant nomen sortiti. Plin. lib. 3. cap. 8: Trogodytæ specus exstante illis domus, vidus serpentium carnes: illudorū, non vox adeo sermonis commercio carent.

**Trogodytæ**, *trogodytæ*, es, *trogodytæ*, Regio Aethiopiæ sub Aegypto, in qua septentriones, si Plinio credimus, conspici nō possunt. Hinc proximus sinus Trogodyticus appellatur à Plin. lib. 6. cap. 29. quem Barbari cum appellat Ptolemæus.

**Troia**, *troia*, Ger. Ein landtschaft des m̄dten ahrs, in w̄den verjeten die Königin der Trojaner ist / welche die Griechen Iphigeneia h̄itzen h̄itzen. Regio minoris Asiæ, teste Strabone, in qua fuit Ilium urbs, regia Priami, quæ etiam à scriptoribus nonnunquam Troja vocatur. Ovid. Epist. 1: Troja jacet cæcis Danais invisa puellis. Ibi dicitur lam seges est ubi Troja fuit. Virg. 3. Aen. Et campos ubi Troja fuit. Cic. de Amic. Nec enim (ut ad fabulas redeam) Trojam Neoptolemus capere potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrymis iter suum impediendum audire voluisset. Virg. 3. Georg. - & Trojæ Cynthus autor. Troja autem dicta est à Troe regente: Teucris à Teucro: & Dardania à Dardano. Troja item dicitur ludus puerilis, & sciomachiæ equestris, ab Aenea in Sicilia ad Anchisæ patris tumulum primum inventa: deinde post Albam conditam ab Ascanio instaurata, tandemq; veluti per manus ad Romanos transmissa. Virg. 3. Aeneid. Hunc morem cursus, atque hæc certamina primus Ascanius, longam munus quum cingeret Albam, Retulit, & prisco docuit celebrare Latinos. Quo puer ipse modo, secum quo Trois puer, Albanus docuere suos: hinc maxima porrò Accepit Roma, & patrium servavit honorem: Trojaq; nunc pueri Trojanum dicitur agmen. Sueton. in Cæsare: Trojam ludit turba duplex, majorum, minorumq; puerorum. Troja item fuit oppidum, ad intimum maris Adriatici sinum, ab Antenore Trojano, & Hecetis conditum. Item alterum ejusdem nominis, in agro Laurenti, ab Aenea extructum, antequam Lavinium condideret. Vtriusq; meminit T. Liv. lib. 1. ab Vibe.

**Trois**, gentile, *trois*, Cujus femininum est Troias, adis, fere Troias, per tres syllabas. *trois*. Virg. 1. Aeneid. Trois, Tyriusq; mihi nullo discrimine agetur. Idem 3. Aen. At procul in sola secreta Trojades astra, Anchisæ stebant. Persius Sat. 1. Ne mihi Polydamas, aut Trojadas Labæonem prætulcrunt.

**Trojanus**, a, um, Virg. 2. Aen. Trojanas ut opes & lamentabile regnum Eruerint Danaï. Bellum Trojanum. Horat. de Arte. Nec gemino bellum Trojanū orditur ab ovo. Fortus Trojanus, per jocū dicebatur aper, qui integer torcebat. mutationibus animalculis veluti gravidus: de quo vide Macrobi. in Satur. Equus Trojanus, proverbiali metaphora, pro clandestinis insidiis accipitur, & latentis periculo: Cic. pro Muren. *trois*.

Intus, intus, inquam, est equus Trojanus, à quo nunquam me Constat dormicare opprimemini.

Troicus, ca. cum, troicus, eisdem significacionis. Cic. de claris Orat. Neq; enim jam Troicis temporibus tantum laudo in dicendo Vlysi tribuisse Homeris, & Nestori, nisi jam tum esset honor eloquentie habitus.

Troica, a. um, dictio trisyllaba, troica. Troia gaza. Virg. 1. Aen. Apparent rantes in gurgite vasto, Arma virum, tabulae, & Troia gaza per undas.

Trojanus, a. um, id est, Trojanus, quasi in Troja genitus, ea forma qua Graecos vocamus Graecos, quasi genitos in Graecia. Virg. 8. Aeneid. Trojagenas, & tela vides inimica Latonis.

Troilus, a. um, filius fuit Priami & Hecubae, cuius vita inter Trojanorum fata numerabatur: nam eo vivo Troja capi non poterat. Hic adhuc adolescentulus ausus cum Achille Graecorum omnium fortissimo cōgredi, ab eodem occisus est. Virg. li. 1. Aen. Pate alia fugiens amissis Troilus armis, Infelix pater, atq; impar cōgressus Achilli fessur equis.

Troizenus, a. um, fuit Thrac, unus ex his qui venerunt in auxilium Trojanorum.

Trophonius, a. um, Insignis architectus fuit, qui subterraneum sanum in Lebada Bœotiae regione construxit, quod ab ipso Trophonii antrum cognominatum est. Vbi qui u aliquando oracula reddidisset, atq; tandem fame interisset, fuit Genium quendam antrum hoc subisse, atq; ex eo oracula reddidisse. Qui verò hinc oracula suscitabantur, nudis in aditu specus sedere soliti sunt, atq; inde flari quodam sub terram abripiebantur. Gellabant autem secum placentas, quas lemnibus, serpentesque occurrentibus objecerint. Deinde accepto oraculo, rursus per alium hiatus in certam reclusabantur. Creditum est autem quotquot in hoc antrum descenderent, nunquam posse redire. Hinc factus est locus procybis, ut homines tristes, & tetrici in Trophonii antro variatim dicuntur. Hæc erat verbum descriptum ex Erasmi Adagio.

Tropis, a. um, Insula quædam, Steph.

Tros, a. um, heros, Trois, Erichonii filius, & nepos Dardani, Trojanorum autem rex, pater Ili, Astaraci, & Ganymedis ut refert Aeneas apud Hom. lib. 20. Est item Tros, gentile nomē à Troja deductum. Vide supra in dictione TROIA.

Trosulum, Oppidum fuit Tusciae, novem passuum millibus distans à Volturno, quod quum equites Romani cepissent sine pedum adjuvamento, inde Trosuli dicti sunt. Plin. lib. 33. cap. 2. Quædam ipsum equitum nomen sæpè variatum est, in his quoq; qui ad equitatum traherantur. Celeres sub Romulo, regibusq; appellati sunt, deinde Fecundines, postea Trosuli, quum oppidum eius vocabuli in Tuscia circa Volturno passuum XXX. sine ullo pedum adjuvamento cepissent. Hæc ille, Nonius Trosulos dictos putat, quasi torulosos: hoc est, bene habitos, & musculosos toris prævalidos: citatq; testimonium Varronis ex Sequenti. Nunc emunt Trosuli, nardo nitidi, vulgò Attico tal toto equum.

Truentus, Fluvius Piscenorum, qui vulgò nunc Trande vocatur, cum oppido ejusdem nominis, Dom. Mar. Nig. lib. 7. & Prol. lib. 3. cap. 1.

Trychæ, a. um, Vrbis Eubœæ, Græci. Trychæus.

Tryphodorus, pen. pro d. Tryphodorus, Grammaticus & Poëta Aegyptius, ex cujus operibus a Suida commemoratur. Marathoniaca, Excidium Ili, Pugnæ Lapitharum, & Centauroi, in Hippodamie nuptiis, Odyssæ Paralipomena, in quibus fabulas perscrutatur Homero & aliis intas: item Paraphrasia Homericaum comparationum.

Tryphon, a. um, Grammaticus Alexandrius, Ammonii filius, qui circa Augusti tempora fuit natus. Scripsit tractatus aliquot de variarum linguarum dialectis, & alia nonnulla ad Grammaticæ cognitionem pertinentia. Est & Tryphon alius, Ougenis auditor, cuius extant nonnulla ad ipsam epistolæ. Tryphon item Bibliopole nomē fuit, Martialis carminibus non uno in loco celebrati.

Tuxis, a. um, Insulam maris Britannici, apud Prol. lib. 2. cap. 3.

Tuoda, vulgò, juxta quod Bervina, munitissimū oppidum tegni Angliæ, in finibus Scotiae, vulgò Veruod.

Tubero, Prænomine Quirinus, civis Romanus fuit, Ciceronis æqualis, qui quum in Pompejanis partibus fuisset, postea veniam consecutus à Cæsare, eodem crimine accusavit Quirinum, defendente Cicerone: cuius adversus illum extat Oratio pro Quirino inscripta.

Tuberum, a. um, Flumen Carmaniæ navigabile, quod Patitæ populi accoliunt. Auctor Plin. lib. 6. cap. 23. Est etiam fluvius in Ostrofrancia, aliquot miliaribus à Rotenburgio ad Tuberū inde nomen deducto ortum habens.

Tuberobis, Fluv. Britannia, Ptolem. lib. 2. cap. 2. [Vulgò Abotery.]

Tuburbis, Vrbis Africæ propriè dictæ inter Bagradam, & Tritonem amnes. Auctor Plin. lib. 5. cap. 4.

Tuccæ, Augusti temporibus vis in primis eruditus fuit, Virgiliusq; amicissimus, & ex parte testamenti hæres. cur Augustus una cum Varro, & Plotio Aeneidem, quam cremari Poëta testamento iusserat, ea lege dedit emendam, ut nihil adderent. Auctor Servius.

Tuccæ, Virgo vestalis fuit, quæ incestu accusata, aquam pertulit in cribro. Plin. lib. 28. cap. 2.

Tudæ, vulgò, Oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Gallicorum, inter Minium & Duriam fluvios. Ptolem. libro 2. capite 6.

Tudæ, vulgò, Stephano 1. vulgò Tods, Oppidum est Vmbriae medietranæ, teste Plin. li. 3. cap. 14. Hujus oppidi incolæ Tudetes appellantur. Silius lib. 4. Et gradivicolam cello de Jolle aduderem.

Tuderium, vulgò, Civitas in inferiore Germaniæ climate, apud Ptol. lib. 2. cap. 11.

Tudræus, Nobilis apud Romanos familiæ cognomen fuit, inde tractū, quod qui primus id cognominis sortitus est, caput habuere oblongum & mallo non dissimile. Fuit hoc cognomine quidam ex Ovidii Poëta amicissimis, ad quem ille scripsit, iterum scribens in libris de Ponto, cōqueritur ejus nomen in carmine elegiaco locum non habere, eo quod brevem habeat syllabam inter duas longas sitam.

Tugi, Veratissimi Helvetiorum populi, juxta lacum Lucernæ incolebant: quorum oppidum Tugium est, quod vulgò Tug vocant, impisimæ ameno sic: à Septentrione planitie pratorum ampla: ab Occidente piscoso lacus: à Meridie supra lacus longitudinem Alpium prospectu: ab Oriente vix ad partem pascuo, parum sylvo colle conspicuum. Hic Tigurini, Lucernatibus, Vriensibus, Suicentibus, & Subsylvanis perpetuo secedere junxerunt anno ab othe redempto 1332, & in civitate Helvetiorum septimum locum tenent, Tuginorum meminit Strabo lib. 7, anā cum Cimbis & Tigurinis eos in Italiam irrupisse asserens, & à Romanis fuisse decetos.

Tulgis, Modicus amnis Hispaniæ ad Tarraconem, ut scribit Ptolem. lib. 2.

Tulliphordum, vulgò, Oppidum in inferiore Germaniæ climate, apud Prol. lib. 2. cap. 11. Vulgò Thungra.

Tullisregium, vulgò, Oppidum in inferiore Germaniæ climate apud Prol. lib. 2. cap. 11. Vulgò Thungra.

Tullia, filia fuit Servii Tullii, sexti Romanorum Regis, quæ quum Tarquinio nupsisset, qui postea à moribus Superbus est cognominatus, viro autem fuit patrem suum occidendi, regnumq; ejus invadendi. Nunciata deinde patris nece, prostrata confuso cursu ad virum accurrit, ut ei regni adepti nomine gratularetur, quumq; in patris cadaver in via proiecitur incidisset, dubitantem auguram, & Regis reverentia in laus equos flectente, compulsi ut per medium patris corpus ageret carpentum: à quo tam immani genere impietatis vicius ille seclerati nomen tenuit, teste Liv. lib. 1. ab Urbe. Ovid. in Ibis: Infans emq; locum secleris quæ nomine fecit, Pressit & inductis membra paterna rotis. Fuit item Tulla, M. Tullii Ciceronis filia, quæ ille blanda diminutione Tulliolam appellat.

Tullianum, ni, Locus erat Romæ in carcere, noxiorum supplicio destinatus: à Tullio Hostilio extructus: unde & nomen accepit. Salust. in Catil. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

Tullius, Nomen proprium M. Ciceronis, eloquentiæ totius patris de quo laus supra regimus in dictione CICERO.

Tullum, [Vulgò Tull. Ger. Tod in Burgund.] Leucorum oppidum inter Belgas, etiam hodie nomen retinens: cuius meminit Prol. lib. 2. cap. 9.

Tullus Hostilius, Tertius Romanorum Rex, qui Numæ Pompilio successit moribus illi dissimilimus, atq; ipso etiam Romulo ferocior: cuius vita explicatur à Liv. lib. 1. ab Urbe. Virg. 6. Aeneid. cui deinde subdit Oia qui sumper patrem, refidetq; movebit Tullus in arma viros, & jam defuncta triumphis Agmina etc.

Tunes tunca, vulgò, Vulgò Tunes, Vrbis est Africæ totius præstantissima, regumq; Libyæ regia. Hæc eo tempore, quo Scipio in Africa belis gerebat, tumulus erat, cum operibus, tum natura loci munitis, duodecim non amplius millia passuum à Carthagine distans, qui & ab urbe conspicit, & prospectum cum ad urbem, tum ad circumfusum mare pigere possit. Recentiores aliquot antiquitatis imperiti, Tunicum vocant: alii Tunitum, sed præter cujusquam veterum, ut arbitror, exemplum. Livius ceterè lib. 10. bel. Pun. accusativum modò Tunicem Latinorum, modò Tuneta Graecorum more esset. Sic enim habet circa hunc lib. 10. iam in Carthagine tententis, occupat reliquam custodiam fuga Tuneta. Et circa finem ejusdem libri Tum ad Tunicem eodem quo prius loco castra posita.

Tungri,